Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



60

ginta habentur basis argentear. binae basis sin
gulis tabulis subponentur, Latus meridia
num tabernaculi quergebat ad austrum. anti
quam illam dei plebem designat. quae lucem
scientiae legalis iam dudum accipiens. amore sui
conditoris feruere solebat, Porro latus se
cundum qd uergebat ad aquilonem. eamq; te
nebris ac frigore infidelitatis usq; ad tempus
dominicae incarnationis torpere non desistebat.
gentium multitudinem figurat. de cuius uoca
tione pulchra dnis per prophetam. dicam
inquit aquilonis da. et austro noli prohibere.
quod est apeste dicere. dicam populo gentium
diutius sine fide algenti. da de tuis filiis quia ad
meae fidem confessionis et amoris conueniant.
dicam et plebi israheliticae quae iam meae lu
mine cognitionis fruebatur. noli prohibere gen
tes in sorte electionis recipi; dicam cornelio
ac domui eius. fide et baptisma xpi suscipite;
dicam iudeis nolite cogere credentes ex gentib;
circumcidi. quib; fons baptismi consecratur. fi
des et confessio ueritatis ad salutem sufficit,
Unius au numeri mensurarum et factura tabu
las utrumq; latus habuit. quia nimirum una